



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.
Canonum Ordinarii Professoris**

Laymann, Paul

Dilingæ, 1666

Capitvlm II. Cùm in multis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62559](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62559)

Contentiam propendet Nauarr. cit. conf. n. 8. Sed contrarium ex communione recte docet Syl. ver. rescriptum q. 2. Suarez num. 4. Quia Pontifex generationem seu indefinitam loquitur de excommunicato; neque est ratio, cur ad excommunicatum notorium, seu publicum restringamus: Nam vbius non distinguunt, nec nos distinguere debemus. I. de pretio i. o. f. de public. in rem actione. Confirmatur ex eo, quod in rescriptis auctoritate Papali emanantibus absolutio ad cautelam premiti solet ab excommunicatione, &c. siue notoria sit, siue occulta.

Veruntamen propter publicam & probabilem ignorantiam excommunicationis, fieri potest, ut acta a iudice delegato vigore rescripti valida sint, iure ipso supplente defectum, argum. l. Barbarius 3. f. de officio Praetoris; Idque ex probabiliore docet Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 22. n. 19. licet aliqui contradicant apud eundem.

CAPITVLVM II.

Cùm in multis.

PARAPHRASIS.

Cùm sepe in iure infinitas, & multitudinem ipsius reprobetur, ideo statuit Innoc. IV. Papa in Concilio Lugdunensi, ut si quispiam contracertam personam rescriptum à Se de Apostolica impetraret, cum clausula & quosdam alios, vigore eius clausule, non plures quam tres vel quatuor in iudicium trahere possit. Item, ut impetrator rescripti nomina eorum in primo citatorio coram iudice delegato exprimere debeat; postea autem variare non possit, & pro nominatis alios substituere; ne videlicet fraudus locutus sit.

SUMMARIUM.

i. Clausula in rescripto quosdam alios non intelligitur ultra tres, vel quatuor, quorum nomina impetrata exprimere debet in primo citatorio, nec postea pro ijs alios substituere potest.

2. Si impetrator aliam personam citet, & ea non excipiat, processus irritus esse videtur.

Circa hoc c. duo breuiter aduerteada du xi: Primum, cum Gl. not. 3. Cùm dicatur, necesse esse, ut impetrator personas non nominatas, seu in clausula indeterminate cōtentas, coram iudice exprimat; intelligi debet sub conditione, si contra alias litigare velit: sin autem nolit; quia forte cum ijs transfigere mauult; nihilominus libellum contra personam in rescripto nominatam offerre potest: Quia nemo cogitur alicui item intentare. Alterum cum Gl. ver. quorum: Si impetrans rescripti aliam postea personam, quam prius non nominarat, citari faciat, eaque comparens nihil excipiat, processus irritus esse videtur: Quia Iudex vi rescripti super hac persona iurisdictionem non accepit; consequenter nec per taciturnitatem partis acquirere potest, prout etiam dixi in c. Roudolphus 35: in fine hoc tit. Et videri possunt, quae dicta in c. sedes 15. cod. tit. in antiqu.

CAPITVLVM III.

Dispendia.

PARAPHRASIS.

Si quis plures actiones personales alteri intentare velit, non ad iudices diuersos, sed ad eosdem literas impetrare debet: similiter & reus, si eodem durante iudicio actorem in alia causa reconuenire, vel ad eum conueniendum rescriptum Apostolicum impetrare velit, ad eosdem iudices id fieri debet, praeterquam si illos ut suspectos recusare possit. Quod si vel actor, vel reus contra hanc constitutionem egerit, in primis commodo literarum carebit, & processus iudicarius non subsistet. Deinde aduersario, si per tales literas citatus fuerit, ad expensas condemnandus erit.

SUMMARIUM.

i. Reus conuentus potest actorem coram eodem indice reconuenire.

T 2

2.EI